BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
DI FIRENZE

ERE BIBLIOGRAFICHE E BIOGRAFICHE
RACCOLTE DAL
DOTT. DIOMEDE BONAMICI
di Livorno (1823-1912)

Novembre 1921.

BIBLIOTHECA PHILOSOPHICA,
ſive:

ELENCHUS

SCRIPTORUM PHILO-
SOPHICORUM ATQVE PHILOLO-
GICORUM ILLUSTRIUM, QVI PHILOSOPHI-
am ejusq; partes aut omnes aut præcipuas, quo-
vis tempore idiomatéve uſque in annum præ ſentem Redem-
ptionis M. DC. XIV. deſcripſerunt, illuſtrarunt & exornarunt,
ſecundum artes & diſciplinas, tùm liberales tùm Mecha-
nicas earumque titulos & locos communes,
autorumque nomina ordine alpha-
betico digeſta.

*ACCESSERUNT GRÆCÆ LATINÆQVE LINGVA-
[illegible]m tùm proſarum tùm ligatarum Autores claſſici, illorum ætates
[illegible] interpretes, ac inde extructa variarum lingvarum Lexica,
Loci communes, Apophthegmata, Colloquia, Phra-
ſes, &c. additis ubivis loco, tempore
& forma impreſſionis.*

Univerſis & ſingulis omnium artium & ſcientiarum Stu-
dioſis, ad ſtudia ſua commodius formanda, maximè
utilis & perneceſſarius.

Concinnatus ſtudio & op[illegible]

PAULI BOLDUANI S[illegible]OLP. PO[illegible]
~~ECCLESIÆ CHRISTI, Q[illegible]M VE[illegible]~~
~~[illegible]~~, Paſt[illegible].

J E N [illegible]
Apud JOANNEM WEID[illegible]RUM, [illegible]pen[illegible]
HÆREDUM Thomæ Schur[illegible] Bibl. Lipſ.

∞ IↃC. XVI.

NEAPOLIS ✝ BIBLIOTHEC. CAPUCCINORUM. CONCEPTIONIS
BIB. NOV.

Buon. 19B

CLARISSIMIS, SPECTATISSIMIS, PIETATE, SINcera religione, multipliciq; doctrina præſtantiſs. ac omni virtutum genere ornatiſsimis

VIRIS,

Dn. M. Petro Myrſchæo Rectori
Dn. Joanni Madero Conrectori
Dn. Joanni Gottingio Subrectori
Dn. Michcëli Drenckhanen Cantori

Florentis Scholæ Stolpenſis Collegis fideliſſimis ac integerrimis.

Dominis, Compatribus & amicis ſuis eximiis ac ſingularibus, debitâ obſervantiâ plurimùm honorandis.

Nec non

NOBILISSIMIS, HONESTIS, INGENUIS atq; optimæ indolis, frugis ac ſpei Juvenibus ac pueris, pietati, bonis literis & moribus humanioribus in eodem Lyceo operam ſedulam navantibus, omnibus ac ſingulis amicis & filiolis ſuis, omni favore & obſequio complectendis.

Salutem, gratiam & pacem Dei, pretioſo merito Filii illi coæterni & conſubſtantialis reparatam, ac Spiritus Sancti operatione in cordibus veſtris confirmandam, ex animo precatur & optat Paulus, Bolduanus Eccleſiæ Veſſinianæ Paſtor.

D*Eus & natura nihil faciunt fruſtrà, Harmonicus & ex abditiſsimo ſapidiſsimoq; deliciarum Apollinearum paradiſo depromptus, Chori Philoſophici conſenſus verè reſonando refert: ſiquidem omnia apprimèq; homo propter finem ſint & agant. Quemadmodum enim ad curſum equus, ad aran-*

diſpoſitionem & aptitudinem naturalem, quæ diſciplinas vitæ hujus rectrices & correctrices, cùm expetat, tùm percipiat. Omnes enim ſciendi deſiderio tenemur, ait Philoſophorum Coryphæus acutiſſimus, & naturæ vi ingenuitâ res intelligimus. Anima velut regina in cerebri throno reſidens, pollet tùm νοητικῇ *tum* προαιρετικῇ *facultate, bonitate ingenij ſagaciter invenit, ſapienter percipit, velociter cognoſcit: judicij dexteritate objecta cognita prudenter dijudicat: memoria res perceptas fideliter retinet, conſervat, ac ubi opus fuerit, promptè reddendo repromit. Imo tantæ majeſtatis regina eſt, ut etiam in corpore, corporis organis non utatur, ſed actiones quaſdam ſeparatas inorganicas habeat. Statuere etenim mentem notitiarum lumine haud eſſe præditam, nihil aliud eſt quàm ſculpere animam intelligentem ſine intelligentia. Conſulamus animi cauſa* ἀξιόπιστον *Apoſtoli Tharſenſis documentum,* Rom. 1. v. 19. *quo ſupereſſe in mentibus humanis aliquas notitias ex ipſa imagine Dei deperdita adhuc adeò reſiduas evincit, ut Gentes opus legis in cordibus ſcriptum habere profiteatur. Quemadmodum enim infantulus innatam habet ſpeciem ſuæ conſervationis, per quā vix dum editus, vult ſugere, ideoq; labra movet non pedes: ſic menti hominis impreſſit natura ipſa quaſdam notiones, tanquam ſeminaria omnis cognitionis, quibus ceu adminiculis quibuſdam mens adjuvatur & ceu radiis quibuſdam, quos ideo nonnulli lucem primogeneam appellant, dirigitur ad verum cognoſcendum, & à falſo citius diſcernendum.*

Naturam verò hanc fingit, informat & promovet (Lyricorum Principe cantante) DOCTRINA *ſive Ars, quam ſenſus & Ratio artificum pepererunt. Cum etenim in hac vita nihil ſit in intellectu patiente, quod non prius fuerit in*

Senſu

Senſu: ſiquidem opus ſit irritatione & impluſione objecti externi in ſenſus incurrentis. Ideo ſenſus ut mentis nuncij res ſingulares & exempla notant, depræhendunt, depræhenſa ſuggerunt intellectui patienti, cui ſuccurrit intellectus agens ſive ratio excultrix & dijudicatrix obſervationibus, inductionibus, præceptis methodciis artium, hominem colluſtrans, ut monſtratis & intellectis fidem omninò adhibeat. Recenſentur autem artes liberales ſeptem, quæ unà cum cæteris ſcientiis προπαιδείαν *ac* παιδείαν *diſtribuuntur.* Προπαιδεία *ſeu præparatio ad ſcientiam, modum tractandi aliquid præſcribens, eſt Logica vel Matheſis. Logica eſt rationis & orationis ſimul. Oratio aut penſitatur, quâ nuda, ſimplex & pura eſt, hæc Grammatica eſt: aut quà vera vel falſa, hæc Dialectica: aut quâ ſplendida, ornata, amplificata, hæc Rhetorica eſt. Matheſis de quantitate agit, atq; ſpectatur vel in ſonis & diverſi valoris notulis, hinc Muſica: vel in multitudine ſeu numeris, hinc Arithmetica: vel in magnitudine & continuatione longitudinis, latitudinis &c. hinc Geometria: vel in diſtantia & motus diuturnitate aut brevitate aliisq; corporum cæleſtium affectionibus, hinc Aſtronomia primordia ſumpſiſſe videtur.* Παιδεία *ſeu ipſa eruditio & ſapientia, complectitur Phyſicam rerum naturalium, & Ethicam morum conformandorum doctrinam, quæ vocabulo uno latius accepta compræhendit & Politicam ſpecialem & Oeconomicam, quarum illa vel univerſi generis humani, vel alicujus tantum regionis aut civitatis ſocietatem ſpectat. Quemadmodum ex Phyſica Medicina, ex Politica Jurisprudentia: Ita ex Ethica Theologia effloreſcit.*

Omnes ferè huc usq; haicè ac Laconicè recenſitæ artes ac ſcientiæ magnifico Philoſophiæ *titulo compræhenſim inſigniuntur, quæ ſanè incompræhenſibile donum Jehovæ eſt,* ¹. Tuſcul.

Patri-

Patriarchis tùm ante tùm poſt Diluvium ſuperſtitibus gratuitò conceſſum, ſagaci cura, cultura & exercitatione auctũ, quo omnia neceſſaria, quatenus cognoſci ac perfici poſſent, radiis animi contemplantis, cognoſcerentur, ac rectæ rationis ductu perficerentur, ut homunciones quoad ejus fieri poſſet, ſapientiam ac prudentiam ſibi compararent.

Quid enim homo abſq; Philoſophia aliud, quàm (ut Seneca & ex eo alij meminerunt) perpetui tumultus proſtibulum? 3. Tuſcul. *Nihil verò aliud Philoſophia correctius, quàm perpetuæ tranquillitatis pallatium. Hinc animi medicina vocitatur Philoſophia, cujus auxilium, non ut in corporis morbis petendum & foris; ſed omnibus opibus viribusq;, ut* 5. Tuſcul. *noſmet ipſi nobis mederi poſſimus, elaborandum eſt. Eamq; ob rem haud immeritò exclamamus cum Cicerone: O vitæ Philoſophia dux! O virtutis indagatrix expultrixq; vitiorum! quid non modò nos, ſed omnino vita hominum ſine te eſſe potuiſſet? Tu urbes peperiſti; tu diſſipatos homines in ſocietatem vitæ convocaſti. Tu eos inter ſe primò domiciliis; deinde conjugiis; tùm literarum & vocum communione junxiſti. Tu inventrix Legum; tu magiſtra morum & diſciplinæ fuiſti. Tu vitæ tranquillitatem largita nobis es, & terrorem mortis ſuſtuliſti. Ac vani Autolyci ac pompoſi Neoptolemi, literarum Apoſtolicarum neſcij ſcioli, haud injuria illi nominantur, quos velut araneos ex roſa venenum, ex Philoſophico ſucco virus, ſuopte ut malo propoſito, ita lethali exitio delectat & ſugere, &* Coll. 2. v. 8. *protervitérne an pueriliter dicam objectare? Philoſophia deceptrix eſt, non paucos à divinis eloquiis abducit, ad hæreſes perducit. Verùm enimverò vocis honoratiſſimæ abuſu ſcelerata calliditas palliatur, Philoſophi ſalutantur rectius ambidextri, agyrtæ ac blaterones appellandi, qui juxta elementa mundi res divinas*

æſtimant

*æſtimant, ac rationis corruptæ decempeda myſteriorum cœ-
leſtium altitudinem ac profunditatem metiri moliuntur, ac* Lucæ 10. v. 21.
*alibi ſapientes hujus mundi, quos carnali ſapientia ſuperbi-
entes Deus infatuet, vocantur in ſacris: in prophanis vero
ab Epicteto, ſi qua fides Gellio:* φιλόσοφοι ἄνευ τοῦ πράττειν, Gell. lib. 17 cap. 17.
μέχρι τοῦ λέγειν, *h. e. factis procul, verbis tenus; Cum vero
Philoſophia ſanciat, ne orationi vita diſſentiat, ut verbis o-
pera concordent.*

*Comparatur autem vera hæc genuinaque jureque ſuo dicta
Philoſophia, cujus finis eſt veritatis agnitio & honeſtatis ex-
ercitatio, tùm inſtitutione, tùm exercitatione. Inſtitutio
ſeu fidelis interpretatio & Præceptorum explicatio, tum eſt
doctoris, tùm diſcipuli diligentis Doctor aut viva docet vo-
ce aut ſcripto. Vivæ vocis mira eſt* ἐνέργεια *& vis occulta-
ta, quæ in ſcholis ſacratiſſimis illis officinis reſonat, ideòque
præſentia Triunius Jehovæ attentis auribus, humilibus
cordibus, compoſitis moribus ibi honorari debet, ubi vox
Præceptoris reſonat. Ipſe etenim vicarius Dei eſt & Legatus
ſacratiſſimus, cujus ore ſeu lingua velut organo ipſemet in-
viſibilis & incomprehenſibilis, ſibi deditam erudire velit ju-
ventutem ad ſalutem, quæ aliquando publicis & privatis of-
ficiis recte præeſſe queat. Eum in finem olim à primo ſtatim
conditi orbis initio, conſtitutæ ſunt Scholæ, exemplum ipſo
Jehova adumbrante. Quàm primum enim hominem maſ-
culum & fœminam creaverat, benedixit eis & ait: Creſci-* Gen. 1. v. 28
*te & multiplicamini. Quæ benedictio fœcunditatem, fe-
licem ſtatum parentum & liberorum, exoptatum ſucceſſum
in Oeconomia & Politia complectitur.*

*Liberi autem illi, univerſaque poſteritas, etiamſi primi pa-
rentes non fuiſſent lapſi, in cœtum evaſiſſet Scholaſticum,*

qui interdum jucundè in horto Eden operaturus, interdum de Creatore Domino diſſertaturus, eumq́; laudaturus fuiſſet. Imò totius vitæ integræ curriculum perpetua σχολὴ, *ocium liberale & exercitium ſuave fuiſſet: Et antiquiſſima queq; etiã lapsũ antegreſſa ſi reſpexeris, nonne Jehova Præceptor primus ipſe fuit, & Præceptor ſui diſcipuli Adami, etiã ante creatam Evam, & ante expreſſam conjugij inſtitutionem ſeu diſpenſationem primam.* Gen.2.v.15.16.17.18. & *ſeqq. Poſtmodum Adam Philoſophicum ſpecimen etiam ante lapſum Deo edidit, cùm animantibus omnibus ad ſe divina auctoritate adductis, nomina convenientiſſima, Deo cenſore & approbatore tribuerit. Nomina verò rebus imponere, quin ſapientia ſumma ſit, nemo, uti ſpero, niſi aut à Platonica ſapientia & rectæ rationis judicio, Liberi de nudior, ibit inficias. Corruptio naturæ Philoſophiam priorem admodum obſcuravit, non tamen humanis è mentibus exterminavit. Adamus ſuam habuit ſcholam,* Joſepho lib.1. antiqu. cap.4. *teſte, in qua liberos & poſteritatem tàm in Theologicis, quàm aliis ſcientiis informavit perfectius quàm ætas conſequens. Noachus ante Diluvium domeſtici Ludimoderator fuit, filios ac nurus erudiit, nec in arca officio ſuo defuit. Aquis Diluvij paulatim terrâ abſorptis & abſumptis, frequentiores fuiſſe congreſſus, in quibus non tantùm de religionis capitibus, ſed etiam de ſapientia humana, motibus cœleſtibus curſu aſtrorum, partibus annum integrantibus, Iridis cauſis & ſignificatione monumenta* διδασκαλικὰ *auditoribus ſuis impertiverit ac illuſtraverit, Beroſus antiquiſſimus poſt Moſen Hiſtoricus, lib.3. antiq. pag. 24. teſtis eſt. Abrahamo ceu Rectori perpetuo teſtimonium perhibet ipſe Dominus: Scio quòd præcepturus ſit filiis* (Gen.18. v.19.)

ſuis

ſuis & domui ſuæ poſt ſe, ut cuſtodiant viam Domini, & faciant judicium & juſtitiam, &c. quo ad promiſſionem de venturo ſemine. Quo ad Philoſophicarum diſciplinarum ſecretiorem indaginem, Deus ipſi ceu peritiſſimo Mathematico & Geometræ ex terræ pulvere: ceu ingenioſiſſimo Aſtronomico & Arithmetico, ex multitudine ſtellarum, poſteritatem ſuam fermè innumerabilem agnoſcendam præbet. Cujus autem ex Præceptoris ore Joſephus eam hauſiſſet ſapientiam, cui ſimilem Pharao invenire non potuit, niſi ex Patris Jacobi, avi Iſaaci & Abrahami evidentiſſimis profeſſionibus & prudentiſſimis diſſertationibus? Cum lex Moſi data eſt, jam clarum mandatum de Scholis auditum eſt. Conſtitutum eſt enim, ut ad tabernaculum ſemper eſſent cœtus docentium & diſcentium. Illud Collegium vel Academia optimè conſtituta, uſq; ad Chriſtum, circiter 1500. annos doctrinæ divinæ interpres & cuſtos fuit. Act. 7. Si urbes Levitarum Moſe fundatore erectæ, quid illæ quæſo aliud, quàm Pædotribia ad juveniles animos virtutibus imbuendos, conſtituta fuerunt. Ut in omnes tribus inde, tanquam ex Arca Nohæ, emitterentur columbæ, nunciæ pacis & reliqui homines ab iſtorum collegiorum diſcipulis in vera religione, & in aliis rebus neceſſariis egregiè ſcientiâ exornarentur. Poſtea cum negligerent ſtudia Sacerdotes, Deus excitavit Prophetas, qui magnas catervas diſcentium ſecum traxerunt. Tantum enim agmen erat diſcipulorum Eliſæi, ut cum antea in Hiericho habitaſſent, poſtea propter eius loci anguſtiam quærerent ad Jordanem aliam ſedem. Hinc Coloniæ ortæ & ductæ non modò in Babyloniam, ubi Daniel & ſocij inſtituti ſunt, Dan. 1. v. 16. verùm & in Perſiam, ubi reliquiæ Magorum ſtellam novam præſentis Meſſiæ monſtratricem ab omnibus aliis diverſam, agnoſcentes, uſq; ad Jeſu θεάνθρωπου adventum in carnem remanſerunt.

Gen. 13. v. 16. 15. v. 5. 41. v. 38. Deut. 17. 2. Reg. 6. v. 1.

Ad novi teſtamenti hiſtorias & exemplum exemplorum Chriſtum Jeſum dum manum animam calamumq́; promoveo, quid dicam immortale! admirabilius tibi & encomiaſtica prædicatione dignius, ac vitæ generi Scholaſtico honorificentius uſquam vel unquam reperias? quàm quod ipſa increata Sapientia & Salvator mundi, verus Deus & homo verus Præceptorem, Magiſtrum atq; Doctorem egerit, præter duodecim Apoſtolos, alios ſeptuaginta diſcipulos elegerit, in ſchola ſua nutriverit, demum edoctos, ut paſſim

Luc.10.v.1. *Evangelium prædicarent, ablegaverit. Joannes Baptiſta, quo major ex mulieribus nemo vitales in auras editus, unquam extitit, in votis & optatis huc habuit unicè, ut gregem diſcipulorum collectum artibus informarent, ac de Meſſiæ exhibiti perſona & officio certiorem faceret.*

Scholis enim illis ſanctiſſimis Ergaſtulis tubartis & Cathedris conticeſſentibus Chriſtianam religionem retrò ſublapſam referri & exulatum ire neceſſe eſt. Ruinam hanc

Trip. H lib.6.c *ut Julianus Apoſtata, ſimilesq́; tyranni tantò furioſius ac feſtinantius accelerarent, conventus Scholaſticos diſperſerunt & abrogarunt. Contra ineffabilis omnipotentis Dei*

Euſeb. lib. 2. de vita Conſtan. c. 21. Sozom. lib. 2.c.4. *benignitas excitavit, animavit & armavit probiores Imperatores, Conſtantinum, Canſtantinum, Carolum re nomineq́; Magnum, Ottones Henricos & benè multos alios cum Baſilio ſentientes, quod Scholæ ſint ψυχῶν διδασκαλεῖα λογικῶν καὶ θεογνωσίας παιδευτήρια, qui in Italia Germania & Gallias Academias Regnorum, Ducatuum, Principatuum & urbium Ornamenta & munimenta erexerunt, privilegiis donaverunt, Profeſſoribus ſtipendia ac διδακτρα liberaliter elargiti ſunt, immunitates & bonorum gradus ipſis decreverunt.*

Cognitum enim perſuaſiſſimumq́; ſibi habuerunt,

bardos

bardos & barbaros eos eſſe, qui lucernâ Ch. c. viri ſapientis operâ uti velint, eidem tamen oleum nullum infundant. Cum æquiſſimum ſit, maximo & optimo labori, maximum honorem & mercedem conferri. Quis vero labor graviſſimus? Reſpondeat pro me Theologo Philoſophus ænigmatiſtes: graviſſimi labores ſunt quatuor. 1. Docentis. 2. Imperantis in bello. 3. Precantis. 4. Parturientis. Cui ſuffragatur Orator ille Tullius lib. 2. de divin. pronuncians: Nullum munus Reip. afferre majus meliusve poſſumus, quàm ſi doceamus atq; erudiamus juventutem, iis præſertim temporibus & moribus, quibus ita prolapſa eſt, ut omnium opibus refrenanda atq; cohercenda ſint. Ideoq; (addit idem alibi; nulli bonarum artium Magiſtri non beati putandi, quamvis conſenuerint vires atq; defecerint. Nec negligendi ſunt Pædagogi, ſed quodammodo colendi. Perſonæ ipſorum planè divinæ ſunt, à Deo ipſo ſapientia & juſtitia, quam aliis etiam communicare poſſint, ornatæ & armatæ: autoritate quadam ſancta & inviolabili, ob quam Præceptorem non minus quàm parentem contemptui habere. contumelia aut contumacia aliqua offendere ne fas ſit, circumdatæ.

Officii quoque ratione de Præceptore ſentiendum honorificè, quod nempe is bonus & fidelis, ſi alter diſcipuli parens, & quidem parens animi, tantò præſtantior habendus [redacted]*, quantò animus ipſe, per quem homo verè* [redacted] *ſi membra Eccleſiæ & Reipublicæ utilia fieri* [redacted] *Præceptoribus erudiendi & Philoſophica forma infor-*

mandi tradamur neceſſe erit. Siquidem tùm demum habitura optima Reſpub. ſi divini Platonis augurio, Philoſophi imperent, aut qui admovendi ad clavem civitatis ſint, Philoſophiam didicerint. In hunc finem etiam Collegia Canonicorum & Monaſteria primitùs condita ſunt, non ut eſſent fucorum alvearia, ignavorum hominum volutabra, & porcorum haræ, ſed in quibus juventus exerceretur, & ad quævis juſta officia, in ſocietate humana, diſcentes præpararentur & habiles fierent. Et cum in Collegiis Canonicorum ſtudia negligerentur, quod eſſent occupati Regum & aularum negotiis: munus docendi in Monaſteria eſt translatum. Hæc cum onerarentur ceremoniis, non potuerunt docendi laborem moleſtum & difficilem ſimul ſuſtinere, renovatæ ſunt Scholæ, tum univerſales tum particulares. Ac peregrinis omiſſis, Pomeraniã & noſtrã hanc Orientalis ſeu Eoæ Pomeraniæ urbem Stolpam, quod Φυλακτήριον conſervavit, amplificavit, illuſtravit? Fundamenta urbis hujus jam olim ac diu ante 333. Salvatoris annum facta, mœnibus extructa, vallis munita, machinis bellicis inſtructa fuêre. At eadem hanc non protexerunt ac poſteris inviolatam reſervarunt: ſed Lycurgo Legumlatore teſte, viri fortes, conſiliis præſtantes & unanimes, qui, quâ ſubditi fuerunt (ex reſponſo Solonis) obedierunt Magiſtratui, quâ Magiſtratum geſſerunt, Legibus obtemperarunt. Utrumq; ut ſponte factum fuerit, Philoſophia & Scholaſtica inſtitutio effecit. [redacted] *in ſua Vandalia pag. 37. ſcriptum reliquit:* Stolpæ *verò, quàm Eoæ Pomeraniæ metropolin, ad fl. ejusdem nominis ſitam, bonorum ingeniorum feracem, honeſtâ gubernatione*

tione, civium frequentia & commerciis, & Eccleſia & Schola benè conſtituta, hoc tempore florere cernimus: prima [redacted]) *qui in privata ad forum domi, civibus aliquot literatis, & Scholæ Præceptoribus, Pauli ad Romanos Epiſtolam interpretatus eſt. Ab hoc excitati Scholæ moderatores, ſtudia ſacrarum literarum non modò apud Scholaſticos urgebant, verùm etiam concionibus in ſchola habendis, plurimos ad* [redacted]*udium invitabant. Hactenus ille. Vivit adhuc expers ſepulchri virtus M. Cornelij Pruſini 1564. die Aſcenſ. M. Petri Colrepij, M. Ambroſii Hartwigij, utriusq; Gregorij Scholaſtken; ut Scholaſticæ pubis Doctorum ſempiterna laude digniſſimorum.*

Gaudio perfundor ac optatiſſimam animi voluptatem haurio, quoties anni æræ Chriſtianæ 1579. recordor, recordor autem ſæpiſſimè. Ejus enim die 9. Januarij, hora 9. antemeridiana, decimum ſextum annum agens (natus 21. die Febr. anni 1563 circa horam 4. matut.) curæ & culturæ Theoſophicæ me ſubmiſſurus, Scholæ Stolpiacæ limem, ductore Matthæo Kuſſenio aggreſſus, ac dextro pede fauſtoq; ſidere fores Muſarum ingreſſus ſum. Novitium benevolè ſuſcepit Dn. M. Joachimus Bocatius Rector, Dn. Michaël Jande, Dn. Jacobus Wibenius & Dn. Petrus Colupes, Collegæ & collaboratores impigerrimi, ſuſceperunt me, inquam, ſuſceptum [redacted] *diſciplinis informarunt. Benignitati huic publicæ privatam addidit* [redacted] *Eccleſiæ, dum ſupererat, miniſter digniſſimus, & ingenuarum artium ſtudia capeſſendi mihi ſtrenuus autor, qui parentibus meis (quorum animæ ſint in requie) gratificaturus, hoſpitio me exceptum*

ptum

ptum circiter anni ſpacium fovere perrexit 1592. 18. Junij, His Mecœnatibus ac directoribus primam & phœbeam qua- [redacted] *la teſtatum facio. Fortiſsimus heros Achilles, vivum Præceptorem Chirona magis quàm patrem & amavit & honoravit: mortuum acerbius deflevit quàm patrem Pelea. Alexander Magnus ille Macedo, magni orbis domitor, plura ſe debere Præceptori Ariſtoteli, quàm Philippo Patri, prædicare (teſte Plutarcho) non dubitavit;* [redacted] *vivendi, ab Ariſtotele bene vivendi principium accepiſſet. Quantò juſtius ad ejusmodi teſtificationem publicam & largam, beneficentia meorum Præceptorum (quibus reddi non poteſt æquivalens) me compellat? Ac non modò Præceptorum Stolpæ, ſed etiam alibi a me dolando & poliendo benè meritorum. Magiſtris ac Præceptoribus meis, honoris ergò, accenſeo ipſorum ſucceſſores, plurimùm Reverendum atq; clariſſimum virum D. Ludolphum Rolevincum, olim Gymnaſiarcham & Philoſophiæ Magiſtrum, nunc ſacroſanctæ Theologiæ Doctorem eximium, & Diœceſeos in Comitatu Barbyenſi Superattendentem ſpectatiſſimum, ac Concionatorem aulicum ibidem digniſſimum, Compatrem ac amicum meum ſincerum & optimum: Reverendum itidem & Ornatiſſimum Dn. M. Jacobum Hartwigium, Palæopoli Stolpæ ad D. Petri Paſtorem jam agentem meritiſſimum, familiarem mihi haud poſtremum, ac doctiſſimum* [redacted] *linguarum cultiſſimum. Te pari* [redacted] *ſiarcham atq; Regimen ſumma cum laude gerentem Dn. M. Petrum Myrſchium, Logicum diſertiſſimum ac diſputatorem acutiſſimum, Compatrem meum longè ſuaviſſimum: Te Dn. Jo-*

annem

annem Maderum Aſtronomum peritiſſimum, itidem Compatrem meum longè jucundiſſimum: Te Dn. Joannem Gottingium pubis Scholaſticæ informatorem diligentiſſimum: Te deniq; Dn Michaëlem Drenckhanen Muſicum artificioſiſſimum, illis annumero. Quorum ſane labor in vinea Domini Scholaſtica haud fuit inanis. Provenerunt inde, tanquam ex equo Trojano, viri permagni & clari, Eccleſiæ & Rerumpublicarum columina & lumina: ex plurimis pauciſſimi nominandi ſunt. Henningus Juen Stolpenſis, Epiſcopus Caminenſis in ordine XX. & primus Academiæ Gryphiswaldenſis, anno 1456. fundatæ Cancellarius. Bartholomæus Suavenius, filius Georgij Conſulis Stolpenſis itidem Epiſcopus Caminenſis, in ordine XXVI. Martinus Weierus ſimiliter Epiſcopus Caminenſis in ordine XVII. Electus anno 1549. 1. Auguſti, † 1566. Henricus Ramelius Wuſtervicenſis, Dn. Joanni Friderico Duci Pomeraniæ Stetin, &c. Poſtea Friderico II. & Chriſtiano IV. Regibus Daniæ Cancellarius Teutonicus eximius & pacificus.

Præſides vero provinciales Stolpiacæ ac Sclavianæ Dynaſtiæ ſequentes: Joannes Stoëntinus Gorenſis, filius Petri equitis aurati. Martinus Zitzwitzius Multrinenſis, filius Jariſlavy. Nicolaus Weierus, Neobavienſis & Dammenſis &c filius Joannis. Georgius Ramelius ſenior, Weitenhagenſis filius Doringi Equitis aurati. Gerardus Belovius Peeſtenſis filius Antony. Suantes Teſſen Schmolſinenſis filius Martini. Jacobus Kleiſtius Ruſchenſis (antea Cancellarius Joan. Frid. Ducis Stetin Pom.) filius Thomæ. Quorum animæ [illegible] viventium. Dominatus [illegible] Winterfeldius Winterhagenſis filius [illegible]. Cui Deus [illegible] non tranquillam vitam in annos Neſtorios ac proſperitatem [illegible] ſucceſſum ad nominis ſui gloriam, Eccleſiæ & Reipubl. incrementum concedat benigniſſime.

Conſulem extraneum ſive advenam intra centum &

 ultra

ultra annos ob penuriam in hac Schola eruditorum indigenarum, ullum adſciſcere, Ampliſſimo & Conſultiſſimo Senatui noſtro non opus fuit. Sunt autem, qui ad meam notitiam pervenerunt, Conſules αὐτόχθονες hi præcipui: Nicolaus Furmannus. 1476. Georgius Suavenius, pater ſupradicti Epiſcopi. Joannes Mietzlavius. Petrus Klemptzius. Petrus Suavenius. Ambroſius Pritzius. Dabermannus Gericius. Joachimus Mietzlavius. Bartholomæus Schultetus. Joachimus Pritzius. Petrus Klemptzius. Dionyſius Schomaker. Michaël Klemptzius. Dionyſius Hoppius (jam Illuſtriſſ. Duciſſæ Erdmudæ à Conſiliis) Joannes Cobrepius. Ambroſius Mietzlavius. Wolffgangus Putkamerus. Michaël Pritzius 1613.

Juris conſulti: Nicolaus Klemptzius, filius Petri Conſulis Stolp. Illuſtriſſ Principi D. Barnimo IX. Duci Pom. à ſecretis, Chronici Pom. manu ſcripti autor. Hiobus Steinhart. J. U. D. Jonatas Gutzlavius, J.U.D. primum Ducalis Pædagogij Stetin. Rector, poſtea Duci Joanni Friderico à Conſiliis, deniq. Ducum Holſatiæ Cancellarius. 1611. 16. Januar. Frolichius Pritzius J. U. D. & Ducalis Conſiſtorij Stetin. Director. Jonatas Hartvvigius, J.U. D. natus 1570. 1610. 5. April. Dantiſci, Martinus Bocatius Belgard. J. U. D. 1613. Jacobus Ninmer, J.U.D.

Medici: Nicolaus Schultetus Medicinæ Doctor & Decum Stetini Archiater. Joachimus Urſinus Medicinæ Doctor, & Lubecenſium Phyſicus Ordinarius. Joachimus Zulæus Med. Candidatus.

Magiſterij gradu ornati vel aliàs Viri doctiſſimi: M. David. Crollius ſenior, Eccleſiæ Stolp. Paroch. Paſtor & Præpoſitus meritiſſimus, cui 19. Septembr. h. 11. pom. anni 1604. piè defuncto, ab Illuſtriſſ. Principe Dn. Philippo II.

Duce

Duce Pom. legitimè vocatus, in Præpoſitura ſucceſſit Dn. M. Daniel Rubenovius Stargard. Concionator aulicus. M. Ambroſius Hartuvigius, Scholę Stolp. Rector. † 1572. 12. Febr. Dn. Laurentius Mollerus, Scholę Hildesheimenſis Rector, Theandro Luthero ac Philippo Melanchthoni familiaris ac charus: In Conſulem ibidem communibus ſuffragiis electus, vocationem reſpuens, in patriam ſuam cum uxore huc ſe recepit, ibiq; placidè expiravit. Dn. Ambroſius Cizovius Paſtor Eccleſię Colbergenſis, † 1583. Dn. Thomas Coſſeus Paſtor Eccleſię parochialis Dn. Gedeon Klemptzius Eccleſię PaleoParœcianę in Rugia Witlandiana Inſula Paſtor. Dn. Dionyſius Dubbeus Eccleſię Stolp. Diaconus, † 1594. 7. Junij. M. Joachimus Nereſius civitatis & caſtrorum Memelenſium Paſtor & Archibresbyter. M. Andreas Wilſius, Gymnaſii Dantiſcani Profeſſor. M. Joſua Thomę, Scholę Regiomontanę in Boruſſia Collega, ibiq; 1588. † M. Michaël Neſſenius, ibidem Scholę collaborator, ac † M. Jacobus Hartwigius, Paſtor Eccleſię Paleopolitanę ad D. Petri, natus 1565. 6. Julij, inter 6. & 7. h. matut. M. Petrus Myrſcheus, Scolę Stolp. Rector. M. Joannes Wolderus, Eccleſię Stolp. Paroch. Diaconus. Dn. Joannes Himmelius, Gymnaſ. Durlach & Spirenſis Rector. Dn. Antonius Steinhort. Dn. Joſephus Poltzin Eccleſię Butovienſis Paſtor. Dn Andreas Grantzin Eccleſię Rugenwaldenſis Paſtor. Dn. Urbanus Proleus, Dn. David Albinus, uterq; Diaconus Eccleſię Stolp. Dn. Bernhardus Myrſcheus Eccleſię Hunnovillanę in Alſatia ſuperiore Paſtor. Ut interim ſilentio prætercam nobiles præclarè doctos, Senatores Conſultiſſimos, LL. Candidatos prudentiſſimos, Eccleſiarum & ſcholarum Moderatores hinc inde diſperſos innumeros, ſpectatiſſimos.

At excipere ac objicere forſan Lectorem peregrinum,

delectet, quod omnium rerum viciſſitudo ſit fortunaq; volubilis erret, atq; ut Troes, ita Stolpenſes fuiſſe, non amplius eſſe. Verum exceptionem ejusmodi detrectatricem experientiæ teſtimonium irrefragabile in fumum diſſolvit. Quamvis enim, ut in rerum natura, quæ ſpectatiſſime florent, celeberrime marceſcant, velut roſæ, lilia, violæ, cum alia durent: ita in hominum vita & Scholaſtico regimine quæ florentiſſima plerumq; fuerint, citiſſime vertantur in diverſum. Stolpenſes tamen ſunt Stolpenſes, a priſtina fortuna non deflexerunt, nec à majorum virtute ac moribus degenerarunt. ſtrenui fuerunt, ſtrenui ſunt, & (Jehova fortunante) manebunt. Schola floruit, floret veſtra curá & culturâ, viri optimi, & ut floreat Chriſto & Patriæ ſemper in votis habebo ſemper:

Utq; ipſi ingeniorum genitori, & naturæ (ut cum Philoſophus loquar) naturanti Deo gratias tantò majores agatis, vobis gaudeatis, diſcipulis veſtris morigeris & conſtantibus gratulemini, commovete quæſo memoriam veſtram & recolligite (pro ut literatiſſimi nobiles in prædiis ac aulis, nec non cives prudentiſſimi in ſuis ædibus meritò recolligunt) quidnam boni intra decennium proximum M. Petro Myrithao Rectore, veſtra in ſchola factum fuerit Nonne præter linguæ latinæ, proſæ ac ligatæ, pietatis & artium dicendi ἀ[illegible]λίαν ac ſtudium, Cathedra veſtra, modo Logicis: modo Theologicis, modo Phyſicis, modo Politicis diſputationibus exquiſitiſſimis inſonuit? Nonne Oratoria roſtra, orationibus ac declamationibus variis, ſubinde reſonantia, ornamentum patriæ, auditorio emolumentum & incrementum attulere, Chorus Muſicorum ad quandam ἀκμὴν conſcenderit, quanta varietate & ſubtilitate Parochiale templum, ſeu potius cultum in illo, Trinum in Deo præſtitum decoravit, benè exteris inſtar peregrinatis, melius vicinis oppidis, optimè hujus

urbis

urbis incolis conſtat. Quam etiam utilem frugum copiam Scholaſticus cœtus hic meſſuerit ac legerit, memorant, præter incolarum filios, juvenes Ramelyi Pomerano. Dani, Putkameri, Zitzwitzy, Maſſovy, Woyteny, Belovii, Zaſtrovii, Mietzlavii, Pirchenii, Schwetzkovii, &c. plenis, quod ajunt, tubis decant Saxones, Haſſi, Megapolitani, Hungari, Boruſſi, Sileſii, Marchici & alii non pauci utriusq; Pomeraniæ civitatum ablegatis filiis commendant. Tantum ergò abeſt, ut Mileſii ac Stolpiaci fuerint ſtrenui, ut potius Scholarchiam quod attinet, Reſp. hæc divina benedictione fruens accreverit, altius & latius inclaruerit, ac progreſſum honorificum proximis in annis fecerit. Tu ò Sancte Spiritus, ſine cujus numine nihil eſt in homine, bonum opus cœptum, ſpiramine tuo fove & promove.

Hic chorus laude cumulatiſſimus & Stolpiacæ Scholæ Doctorum qui viva voce doctrinam in aures & animos diſcipulorum ſuorum arte reformandorum infuderunt: & pariter memoria ſempiterna ob induſtriam & fidelem culturam ſub eodem Magiſterio, moribus, linguis atq; ſcientiis addiſcendis impenſam ac jugiter tributam, digniſſimorum olim diſcipulorum inde ortorum ac aliorſum tranſlatorum.

Speculum ſit & docentium & diſcentium, ne multitudine & magnitudine rerum neceſſariò agendarum defeſſi haſtam abjiciant, arenâ cedant, ac officio ſuo defuiſſe aut prorſus nuncium ei remiſiſſe prædicentur.

Vivis Magiſtris ſubordinantur Magiſtri ſeu muti ſeu libri, ut cauſæ plurimùm adjuvantes. Siquidem haurit aquas cribro, qui diſcere vult ſine libro. Conſultiſſimum

mum quidem fuerit, ubi vivæ vocis erit copia, libentius auſcultare quam legere, ſi modo mediocri ſit eruditione quem audis. Ubi verò non erit, libenter, quaſi non minus opera pretium facturus ſis, ad libros confugere, ſed ad optimos. Nulla etenim poteſt eſſe vita jucundior aut certe commodior quàm abſente Magiſtro vivo ſemper legere aut ſcribere, ut res præſentes ac novæ cum antiquis quaſi colloquantur, & omne tempus quod & præteritum eſt & futurum, adminiculo librorum, noſtrum fiat tempus. O præclaram & jucundam librorum familiam! Non obſtrepit, non inclamat, juſſa loquitur, iterum juſſa tacet, ad omne imperium præſto eſt, ac ſecundæ memoriæ loco habenda. Ut verò non omne id aurum eſt, quod ſplendet ut aurum: ita nec omnis liber, id quod de ipſo tibi polliceberis, præſtabit. Titulus ſæpe oracula & ſecreta vendidat, paginæ vilia & vulgaria tantum continent. Delectus igitur inſtituendus, ut quondam inſtitutus à Ptolomæo Philodelpho Ægypti rege, qui millia ferme ſeptingenta, teſte Gellio lib. 6. cap. 17. vel myriades quinquaginta id eſt, 500000. ut habet Ariſteas pag. 21. utiliſſimorum librorum, ſumptibus ſuis Alexandriæ congeſſit.

Quamvis igitur numero fermè incompræhenſibiles Philoſophicorum librorum typis divulgatæ reperiantur interpretationes, commentaria, gloſſæ, Epitomæ, reſolutiones, diſpoſitiones, partitiones, neſcio quæ non: in rem tamen & vigilantium cordatorumque Profeſſorum ſeu Præceptorum, & ſtudioſorum adoleſcentum Minervæ pullorum, fore arbitrabar, ſi quemadmodum in Theologia antea m factum fuit, ita in Philoſophia colluſtranda & promovenda, operam aliquam locarem. Ex innumerabilibus igitur illis aliquos duntaxat autores & expoſitores optimorum ac prudentiſſimorum DD. ſuffragiis & calculis commendatos exquirere ac ſeligere, & ordine multorum ſeculorum Criticis oculatiſſimis & cordatiſſimis approbato, diſponere volui. Occurrit Theologo concionaturo vel publice lecturo Sententia: proponitur Iurisconſulto vel Themidos pullo Lex aliqua, objicitur Medico Aphoriſmus vel Paragraphus, ex fundamentis Philoſophicis certitudinem & enucleationem deſiderans. quid conſilij? quid auxilij? & ubi quærendum vel inveniendum? Viva & exegetica interpretis vox abeſt, ad mortuum igitur & mutuum veriloquium, Bibliothecam *nempe te converte, converte, & inde certum conſultorem delige, nomen ejus excerpe ſuffragium ac ſententiam expete, nec dubita quin voluntati imò nutui tuo, ex voto ſit*

ſit morem geſturus ac profuturus. Tu modò ut viva voce monentibus, ita muto nutu dirigentibus obſecunda, & imitationem tibi capeſſandam eſſe perſuaſiſſimum habe.

Vobis autem Clariſſimi, ſpectatiſſimi omniq; virtutum genere Ornatiſſimi viri, Compatres & amici debita obſervantia honorandi, vobis inquam veſtrisq; nominibus, quod iſtum vigiliarum mearum fœtum offerre atq; dedicare voluerim, haud quicquam, ne dum vos, admirabimini. Rem etenim paulò diligentius mihi perpendenti attentiusq; conſideranti, cauſæ profectò ſatis probabiles & graves ſeſe offerunt. Eſt in apricum & medium publicum poſita officij Scholaſtici dignitas, cujus exemplum geſſit in ſe ipſo Iehova, in ſtatu integritatis, etiam ante Evam ex viri coſta conditam, & conjugij inſtitutionem, ut ſupra plene planeq; demonſtravi, ut latere patiar ſempiternam & infinitam Scholæ durationem. Officia omnia, tum Magiſtratus, tum Miniſterij Eccleſiaſtici Sacramenta hujus vitæ terminis claudentur, atq; cum ipſius mundi conditi reali & καθ' ὐσίαν futuro interitu deſinent. Vita autem æterna erit σχολὴ, liberale otium, requies & Academia perpetua, in qua (utar Orthodoxi D. Davidis Chytræi verbis, a pia antiquitate mutuò ſumptis) coràm audiemus Doctorem Filium Dei, & cum præceptoribus noſtris Prophetis & Apoſtolis colloquemur, & dictata repoſcentes plura ab eis diſcemus. Ob iſtas & ſimiles cauſas Carolus Magnus artium liberalium Doctores, præ cæteris veneratus eſt, teſte Aventino lib. 4. annal. Bojorum. Quidni divinum veſtrum officium ego in precio habeam? Deinde afficit & allicit me ad vos, conſtans veſtra, Rectoris nempe & Collegarum amicitia, & ſuper virtutis artiumq; ſolidæ baſin extructa Unanimitas, *albo corvo cycnoq; nigro rarior. utinam & in miniſterio noſtro Eccleſiaſtico ejuſmodi concordia floreret. Nec præterit me officij veſtri Scholaſtici cum Eccleſiaſtico Miniſterio communio & affinitas. Quemadmodum igitur anno ſuperiore* Bibliothecam *meam Theologicam velut meorum frugum primitias, Theologis Synodo hujus diœceſeos addictis, inſcripſi, ſic etiam mihi viſum fuit, hanc Philoſophicam vobis Scholæ urbis noſtræ gubernatoribus nuncupare & conſecrare, ac ita Eccleſiam, ſeu Miniſterium noſtrum ejuſdemq; ſeminarium, ſcholam videlicet, ſemper mutuò ſe velut Cherubim in propitiatorio reſpicientes conjungere, & in unum juncorpus myſticum coagmentatas, magis magisq;, quantū in me eſt, adunare & arctius adunatis gratulari. Extimulat me porrò gratitudinis meæ perpe-*

tuitas

titudinis, quam animo bene[illegible] ab [illegible]. St[illegible], cum [illegible] pridie [illegible] literis [illegible] parentum [illegible] ante [illegible] re censitis, acceptorum memore, & [illegible] inde [illegible] recollig[illegible] [illegible] æternitati vorebo ſacratamq; di[illegible]abo. Deni[illegible] cum filios pignora [illegible] reliquis terrenis opibus longè præferenda, de quibus, [illegible] teſtimonium veſtrum ſatis honorificum, bonam ſpem conceptam ardente pietate, vera veri Dei agnitione honeſtiſq; artibus & moribus humaniori[illegible] imbuenda, fidei inſtitutionique veſtræ commiſerim, veſtram quoq; fidelitatem ac in illis erudiendis & promovendis diligentiam probe perſpexerim: eadem vero ut porro illis præſtetis, obnixe [illegible] oro. [illegible] qualicunq; grati animi ſignificatione & [illegible] magiſterio tamen ac provincia veſtræ competente, [illegible]culo literario vobis alacriter in Philoſophico Apollinis ſtadio dromo currentibus, ac tyrones veſtros currere [illegible] tum calcar tum refrigerium addere.

V[illegible] vero nobil[illegible] ingenui honeſti, optimæq; Indolis, frugis ac ſpei ſtudioſi adoleſcentes [illegible] charisſimi, eundem Elenchum dicare & conſecrare placuit, ut prædict[illegible] in hoc ipſo [illegible] eruditorum; & ad præclara ſummaq; honorum faſtigia, (in quibus poſtea Deo & hominibus in [illegible] Eccleſiaſticis, Scholaſticis, Politicis ac Oeconomicis utiliter ſervierunt) erecto[illegible], exemplis incitati ad ſimiles conſequendos pariq; modo collocandos, [illegible] viribus [illegible], omnibus [illegible] enitamini, recordantes dicti Apoſtolici:

2. Tim. 2. *Si certet aliquis, non coronabitur niſi legitime certaverit.* Et

- - Non [illegible] mine ſegnes
Aſpiciunt, ſed qui pugnant, meruere coronas. *Item:*
Non niſi certanti pulchra eſt ſperanda corona,
Palmam, qua capitur gloria, FINIS habet.

Poſtea ut [illegible] lucubrationibus & [illegible] quale [illegible] veſtros laudabiles ad [illegible] promovendo adjuvetis. Hoc ut Deo acceptum [illegible] Mediatori [illegible] & Col[illegible], [illegible] gratum, tibi Stolpiaci [illegible] laudab[illegible] fructuoſum, Scholis & Academiis utile, & ad [illegible] dote[illegible] ab intellectu & voluntate lapſu Protoplaſtorum [illegible] Veritatis [illegible] agnitionem & beneſtatu[illegible] [illegible] commodum & conducibile fiat, ex animo precor, divinæ benedictionis & protectionis largitati vos, veſtros liberos, liberales [illegible] labores ac ſtudia, meq; meoſq;, ut poſſum, commendo. Dabantur Palæopoli Stolpigena. 30. Aprilis. anni æræ Chriſtianæ. 1616.

PHILOSOPHIÆ PARTIUM AUT OMNIUM AUT PRÆCIPUARUM DESCRIPTIO.

ABrahami de Cardes Dani, Florilegium Philoſophicum, autoritates Platonis, Ariſtotelis, Senecæ, Boëthii & aliorum, Witeb. 1606. V, in 8.

Achillis Bochii Symbolicarum quæſtionum de univerſo genere, libri. 5. Bononiæ, 1575. in 4.

Ægydii Strauchii Centuria prior & poſterior illuſtrium quæſtionum, Witeb. 1607. in 4.

Alberti Carabiſii Methodus in univerſam Philoſophiam Ariſtotelis. Uratislaviæ. Forma patenti. 1613.

Alberti Magni Summa Philoſophiæ: de cauſis, qui liber eſt quaſi compendium totius Philoſophiæ. Ejuſdem Philoſophica opera omnia, Lugduni.

Amandi de Belloviſu Explicationes terminorum Theologicorum, Philoſophicorum & Logicorum, quæ jam nimis diu non ſine ſtudioſæ Juventutis detrimento latitarunt. Argentorati. 1604. A in 8.

Ambroſii Leonis Nolani opuſcula, de pleno, claro, docto, pulchro, &c, Venetiis, 1514. in fol.

Ambroſii libellus de philoſophia, ex Ariſtotele, ejuſque interpretibus collectus, imprimis verò ex lectionibus D. Simonis Simonii, Jenæ. 1580. in 8.

Andreæ Brentii farrago philoſophorum, h. e. varii modi proceſſus & ſententiæ philoſophorum perveneniendi ad lapidem philoſophicum ſeu benedictum, Ambergæ. 1611. A. in 8.

Andreæ Duedi, Franciſci filii, patritii, Veneti de habitibus intellectus libri ſex. univerſæ philoſophiæ principia & fundamenta compendiose detegentes. Baſileæ. 1603. A.

Andreæ Libavii Med. D. de univerſitate & originibus rerum conditarum contemplatio ſingularis Theologica & philoſophica, juxta hiſtoriam Hexaëmeri Moſaici inſtituta & in libros ſeptem diſtributa, Francof. 1610. V. in 4.

Andreæ Matthæi Aquivivi Hadrianorum Internatumque Ducis, illuſtrium diſputationum libri quatuor, ibidem 1609. V. in 4.

Anonymi philoſophiæ totius Synopſis, Lugduni, 1588. in 8.

Anitii Manlii Torquati Severini Boëthii de conſolatione philoſophiæ, poſt emendationem Pulmannicam, ad vetuſtiſſimas membranas recogniti per Conradum Rittershuſium I C. 1602. in 32.

Antonii Mockeri de artibus & Philoſophia ejuſq; cultoribus oratiuncula, Erph. 1579. 8.

Antonii Perſii novæ poſitiones in Rhetoricis, Dialecticis, Ethicis, Jure civili, Jure pontificio & phyſicis. Venetiis. 1575.

Archangeli Mercenarii Quæſtiones, ibidem 1574. Lipſiæ. 1590. in 4.

Arioponi Cephali partes tres in Eutopiam philoſophicam Magdeb. in 4.

Ariſtotelis, Venetiis 52. 1569. in 8. Gr. Baſileæ 1550. in fol. Gr. Infra 355. Lugduni. 1579. 1590. in fol. Gr. & Lat. Venetiis cum Averrois expoſitione Lat, Francof. 1587. in 4. Gr. ibid. 1590. in fol & 8. ex reco-

ex recognitione Julii Pacii. Operum ejus omnium quotquot extact, latina editio, ibid. 1593. in 8. Gr & Lat. 1597. in 4. & 8. Aureliæ Allobrogum, 1605. fol. 1607. in 8.

Aguſtini Steuchii Fugubini de perenni philoſophia lib. 10. 1604. in 8.

Bartholomæi Cacliis Compendium philoſophiæ & medicinæ, Lichæ. 1598. in 8.

Bartholomæi Kerckermanni Dantiſcani præcognitorum philoſophicorum libri duo, publicis prælectionibus in Gymnaſio Dantiſcano propoſiti, Hannoviæ. 1607. A. in 8.

Ejuſdem Syſtema Syſtematum, omnia ejus ſcripta philoſophica in uno volumine, in duos tomos diſtincto exhibens, ibid. 1613. V. in 4.

Bedæ Venerabilis presbyteri axiomata philoſophica, ex Ariſtotele & aliis præſtantibus Philoſophis, juxta ſeriem alphabeti concinnata, unà cum brevibus quibuſdam notis & explicationibus Ingolſtadii. 1583. in 8. Marpurgi. 1598. in 8. Witeb. 1600. 1604. 1608. in 8.

Ejuſdem περὶ διδάξεων, ſive Elementum philoſophiæ libr. IV. in 2. Tomo ejus operum. Baſileæ, 1563. in fol.

Benjamini Coberi exercitationum Platonicarum præludium, ſeu Dialogus de philoſophiâ, ita explanatus, ut ab iis, qui Platonem cum Ariſtotele conjungere volunt, penitus cognoſci poſſit, Spiræ, 1605. V. in 8.

Bernardini Baldini Epiſtolæ, in quibus cùm aliarum artium præcepta, tùm philoſophiæ potiſſimum illuſtrare contendit Mediolani. 1556.

Bernardini Copii Idea ſive partitio totius philoſophiæ, ex Platone potiſſimum & ex Ariſtotele collecta, Marpurgi. 1588. in 8.

Bernhardi de Lavinbeta Opera omnia, quibus tra-

didit Artis Raymundi Julii compendioſam explicationem & ejuſdéapplicationem ad Logica, Rhetor. Phyſica, Mathem. Mechanica, Medica, Metaph. Theologica, Ethica, Juridica. Problematica. Edente Johanne Henrico Alſtedio. Coloniæ, 1612. A. 8.

Beſſarion in laudem Philoſophiæ Platonis, Venetiis.

Caroli Bovilli Opera Philoſophica & Methamatica, Pariſiis. 1510.

Caſpari Bartholini Dani Doct. Phil. & Med. problematum Philoſophic. & Medic. nobiliorum & rariorum exercitationes, Witeb 1611. V. in 4.

Caſpari Finckii, Propoſitiones Philoſophicæ, Gieſſæ. 1608. A. in 8.

Ejuſdem Schediaſmatum ſive controverſiarum Theologicarum & Philoſoph. Logicarum, &c. pars I. & II. ibid. 1608. A. in 8. pars. III. ibid. 1609. 8.

Ejuſdem Schediaſmatum ſive controverſiarum Philoſophicarum, Goclenio, Kerckermanno, Caſmanno, aliiſque oppoſitarum par III. ibid. 1609. 8.

Ejuſdem Reſponſio apologetica, ſive defenſio Schediaſmatum aliquot adverſus M. Henricum Gutberlethum, ibid. 1609. A. in. 8.

Ejuſdem ſecunda pars Reſponſionis apologeticæ, ibidem. 1610. A. in 8.

Chriſtophori Butelii Rect. Pædag. Stetin. Enchiridiō Philoſophicum, compendioſe continens ferè omnes Philoſophiæ Ariſtotelicæ diſciplinas & præcipuas controverſias, Witeb. 1606 V. Lubecæ 1609. A in 8.

Chriſtoph: Guarinonii Fontani Med. Rodolphi II. Cæſaris, diſputatio de Methodo doctrinarum ad mentem Ariſtotelis, Francof 160[illegible]. V in 4.

Chriſtoph. Scheibler Liber ſententiarum, in quo axiomata ſive ſententiæ Philoſophicæ vulgatiores afferuntur, diſtinct[illegible] explicantur, limitantur & illuſtrantur, Gieſſæ. 1610. V. in 8.

Ejuſdem Synopſis Methodica Philoſophiæ, diſtributa in diſpu-

diſputationes XXX. ibidem. 1611. V. in 8.

Ejuſdem liber de Philoſophia, natura Logicæ, Prædicamentis, Prædicalibus, &c. ibidem. 1613. V. in 8.

Chryſoſtomi Javelli totius Rationalis, Naturalis, Divinæ ac Moralis Philoſophiæ compendium, in Tomos duos digeſtum, Lugduni. 1568. in fol.

Claudii Cheballier Steinuvillæ Compendii Philoſophiæ Ariſtotelicæ pars prima, Coloniæ 1608. V. in 8.

Clementis Timleri Philoſophiæ practicæ Syſtema methodicum in tres partes diſtributum, Hannoviæ. 1602. A. in 8.

Conradi Schuleri Diſcurſus Philoſophicus de veris Philoſophiæ principiis, Marburgi. 1612. V.

Conſtantini Cnirimii Scholæ Eſchvegienſis Rectoris Philoſophiæ prodidagmata continentia tum generalem ad philoſophiam introductionem, tum ſpecialem diſciplinarum philoſophicarum diſtinctionem Caſſellis. 1612. V. in 8.

Ejuſdem Synoptica totius philoſophiæ, cùm ex variis authoribus, tùm ex propriis fundamentis extructa, ibidem 1612. A. in 4.

Conſtantini Sarnani directiones in Logicam Philoſophiam, atque Theologiam, ad mentem Scoti. Venetiis. 1580. in 8.

Cornelii Gemmæ Ars Cyclognomonica, Ant. 1569. in 4.

Cornelii Schonæi Gaudani Lucubrationum philoſophicarum partes tres ibid 1609. V. in 8.

Danielis Hoffmanni Quæſtio, quis ſit veræ ac ſobriæ philoſophiæ uſus in Theologia, non tantùm Legis, ſed etiam Evangelii reſpectu, unà cum ejuſdem reſponſione, Helmſtadii. 1581.

Danielis Zangeri Oratio de utilitatibus artium philoſophicarum ampliſſimis. Witeb. 1609. A. in 8.

Davidis Waſii Encycliorum ſive Collationum philoſophicarum variarum pars prima, Argent. 1604. A. in 12.

Deſiderius Jaccot us de doctrina philoſophorum ex Ciceronis libris, Lugduni 1556. in 16. & Baſileæ cum Tabula philoſoph. Morellii.

Diſputationes philoſophicæ in Academia Turonia ad diſputandum propoſitæ, Francof. 1601. in 12.

Diſquiſitiones philoſophicæ I. De principiis phyſicis II. De Sole, Sale & Solo. III. Decas problematum philoſophicorum, &c. in illuſtri Acad. Gieſſena propoſitæ, Gieſſæ. 1606. in 4.

Dominicus Mazarellus, Venetiis. 1578. in 8.

Erici Puteani Facula diſtinctionum, ad omnem lectionem & ſcriptionem neceſſaria. Ejuſdem de iiſdem Syntagma tanquã Epitome. Ant. 1610. in 12.

Ferdinandi Comitis Palatini Rheni, & Bavariæ Ducis, Theſes centenæ ex univerſa philoſophia, publicè propugnatæ, Ingolſtadii. 1594. in 4.

Franciſci Catanei opera philoſophica, Baſileæ in fol.

Franciſci Muti Conſentini diſceptationũ libri quinq; contra calumnias Theodori Angelutii, in maximum Philoſophum Franciſcum patritium, in quibus fere univerſa Ariſtotelis philoſophia in examen adducitur, Ferrariæ. 1589. in 4.

Franciſci Valeſii de ſacra philoſophia, ſive de iis quæ phyſicè ſcripta ſunt in libris ſacris, liber ſingularis, Lugduni 1588. Francof. 1602. 1608. A. in 8.

Friderici Taubmanni Melodæſia, ſive Epulum Muſæum, in quo quàm plurimæ apponuntur de fugativis olim Columbis poëticis. &c. Lipſiæ. 1604. A. in 8.

Georgii Bachmanni Friberg. Exercitationum philoſophicarum centuriæ tres. ſic ſcriptarum ut conſentiant cum veris principiis artium & ſententiarum. Witeb. 1594. in 8.

Georgii Pachymerii philoſophiæ compendium. Ejuſdem Epitome totius philoſophiæ. Idem de philoſophiæ definitionibus & diviſione. Baſileæ cum Porphyrii V. Vocibus &c. Ejuſdem totius philoſophiæ Ariſtotelicæ paraphraſis MS. in Bibliotheca Auguſtana Gr. & Baſileæ 1560, in fol, ex verſione Philippi Bachii.

Georgii

Georgii Trapezuntii comparationes Ariſt. & Platonis. Venetiis.1523 in 8 præfert autem Ariſtotelem;pro Platone reſpondet ei Beſſarion.

Georgius Valla de Philoſoph.in genere.

Gregorii Æneponimi compendioſum philoſophiæ Syntagma græce è manuſcripto Bibliothecæ Auguſtanæ primù eruit, Latinè vertit, & ſcholiis ex Ariſtotele & aliis auxit & illuſtravit M.Johannes Wegelinus Auguſtanus.Auguſtæ Vindel.1600.A.in 8.Græcolatinum.

Gregorii Syntagma Synopticum philoſophiæ,Gr.extat in Italia.

Gregorii Reiſaii Margarita philoſophica. h. e. habituũ ſeu diſciplinarum omnium perfectiſsima κυκλοπαιδεια,dialogiſmis primùm tradita,deinde ab Orontio Finæo Pariſienſi Mathematico neceſſariis aliquot auctuariis locupletata. Baſileæ. 1535. 1583.in 4.

Guilhelmi Bigotii Chriſtianæ philoſophiæ præludium Toleſæ 1549.in 4.

Guilhelmus Budæus de philoſophia, Baſileæ. 1533.

Guilhelmi de Couches philoſophia univerſalis,impr.ante multos annos.

Guilh,Hirtſaugienſis Abbatis philoſophiæ inſtitutiones, Baſileæ.23.

Guilhelmi Mennens Aurei Velleris, ſive ſacræ philoſophiæ vatum ſelectæ acunicæ myſteriorumque Dei,naturæ & artis admirabilium libri tres. Antverpiæ,1065.V.in 4.

Guilhelmi Morelii Tabula compendioſa de origine , ſucceſſione.ætate & doctrina veterum philoſophorum.&c.Cum Hieronymi Wolfii annotationibus.Baſileæ.1580.in 8.

Guilhelmi Onciati Quæſtiones juris philoſophicæ , Lugduni 1583 in 16.

Ejuſdem Mineralium locorum decas in omni ferè ſcientiarum genere.Ibidem.1584.in 12.

Guilhelmi Poſtelli demonſtratio,quod præcipua ejus doctrinæ,quæ nomine Ariſt. circumferuntur placita , ſint contra ſenſum & traditionem.

Guilhel-

Guilhelmi Urſini diſputationum philoſophicarum pars prima, exhibens principia diſſerendi ex peripateticis & ſcholaſticis deducta. Acceſſit diſputatio prolixa de diſtinctione reali & rationis, Francof. 1603. V in 8.

Ejuſdem pars ſecunda, exhibens quæſtiones celebriores ex Metaphycis, Phyſicis, Ethicis & Logicis fontibus. ibidem 1603. V. in 8.

Ejuſdem Dodecas quæſtionum philoſophicarum, diſtinctioni reali & rationis ante hac editæ penitus illuſtrandæ, appẽdicis loco ſubmiſſa, ibidem. 1605. V. in 8.

Henningi Rennemani diſſertatio pro philoſophia Ramea, Francof. 1595 in 8.

Ejuſdem enodatio totius philoſophiæ Rameæ, ut & demonſtratio errorum ſectæ Ariſtotelicæ, diſſertationibus Philippi Scherbii oppoſita. ibid. 1603. V. 8.

Henrici Cornelii Agrippæ de occulta philoſophia libri quatuor, Coloniæ. 1565. in 8.

Henrici Kunrath Amphitheatrum ſapientiæ æternæ ſolius veræ Chriſtiano-Cabaliſticum, divino-Magicum, nec non Phyſico Chymicum &c. unà cum explicatione, Magdeb. 1606. A. Hannoviæ, Lubecæ. 1608. A. in fol.

Henrici Ludovici Coſtanæi celebriorum diſtinctionum, tum philoſophicarum, tum Theologicarum Synopſis. Auguſtoriti Pictonum 1613 in fol.

Henrici Schori ſpeciales univerſitatis diſciplinarum Tabulæ, ex Petri Rami operibus collectæ Argentorati. 1568.

Henrici Schwalenburg. Aphoriſmi Hieroglyphici, quibus veterum philoſophorum myſteria quædam declarantur, ex Cõmentariis Hieroglyphicis, Johannis Pierii Valeriani, & Cœlii Auguſtini Curionis collecti, Lipſiæ 1592. in 8.

Hermæ Triſm[illegible] philoſophorum cum Cydonio, Baſileæ. 15[illegible] in 8 Gr & Latin.

Hieronymi Briſiani Soladienſis Med. Methodos ſcientiarũ. Ubi quæcunq; ad ſcientiarum pertinent deſcriptionem, doctè ordinatim ac diſtinctè pertractantur, Venetiis. 1588. in 4.

Hiero-

Hieronymi Cardani de ſubtilitatibus rerum libri. Noriber. 1550. in fol. Lugduni in 8. Baſileæ 1554. 1564. in 8.

Ejuſdem de varietate rerum libri. Lugduni 1580. in 8.

